



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

2. De efficacia, & virtute Orationis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

Luc. 7.  
Chrysol.  
ser. 93.

Ut conquerebatur de malo hospite!  
*Aquam pedibus meis non dedisti.* Hanc ubertim Maria dedit, de qua Chrysol. Mirum! mutatur ordo rerum. Pluviam terræ cælum dat serpet: nunc rigat terra cælum. Sic aquæ, quæ super cælos sunt, laudant nomen Domini. Sol nimirum justitiæ imbrem lacrymarum attraxit, & à mari ipso Mariæ nubem elevavit. Vel idè ipsa cælum rigat, ut cælum fecundet, & gratias referat, quas & retulit: *Remittuntur tibi peccata tua, vade in pace.* O quanta vis in lacrymis! Subdit Chrysol. Rigant cælum, delent in omne facinus latam divinâ promulgatione sententiam. Et Ambros. Lacrymæ, tacitæ quodammodo preces sunt: veniam non postulant, & merentur; causam nõ dicunt, & misericordiam consequuntur. Nisi quodd utiliores lacrymarum preces sunt; quàm sermonum: quia sermo in precando fortè fallit; lacryma omninò non fallit.

Lachrymarum vis.

Ambros. ser. 46.

De efficacia, & virtute orationis.  
PUNCTUM II.

Job. 9.  
Hieron.  
Oratores pij orbem portant.

*S*ub quo curvantur, qui portant orbem. Quinam sunt, qui orbem portare dicuntur? D. Hieron. Hi, qui ante Deum per orationem curvantur, humerosque periclitanti mundo submitunt. An non Abraham suis humeris portabat orbem? an non justus Lot tandiu provinciam illam portavit, suisque humeris sustinuit? annon Moyses universum populũ Israel? Fortis erat, & verâ fortitudine Abraham, inquit Rupert. quia fortissimum Dominum tenebat.

Rupert. Abb. in Gen. 18. Sap. 18.

*Aaron proferens servitutis suæ scutum orationem, restitit iræ, & finem imposuit necessitati.*

4. Reg. 2. Septuag. Hebr. Orans Elias pro integro exitu solus erat.

De Elia verba faciens Eliseus: *Pater mi, Pater mi,* inquit, *currus Israel, & auriga ejus.* Sept. *Currus Israel, & eques ejus.* Heb. *Currus Israel, & equites ejus,* hoc est, hic solus suâ oratione aedò fortis erat, ut pro exercitu integro valeret: quod & Chald. inuiv:

A *Preces tua curribus, & equitibus sunt validiores.*

Chal. Isai 3.

Hinc Deus minatur: *Ecce dominator Dominus auferet à Jerusalem, & à Juda validum, & fortem, & prudentem eloquij mystici.* Sept. *Auferam Gigantem, & fortem, Sept. prudentem eloquij mystici.* Vatab. *Prudentem oratorem.* Validum, & fortem, Sept. Validum, & validam. Vatab. *Fulcientem virum, & fulcientem feminam.* Quid aliud ille, aut illa efficit suis precibus, quàm fulcire, humerum supponere, irascentemque Deum detinere?

B Non possum absque lacrymis, inquit Hieron. ep. 11. ep. 11. Hieronymus, Tolosæ facere mentionem, quæ ut hucusque non rueret, Sancti Episcopi Exuperii merita præstiterunt. Et alibi laudans Anastasium Papatam, indignam ait fuisse Romam, quæ eum diu haberet, ne (inquit) orbis caput sub tali Episcopo truncaretur: immò idcirco raptus, atque translatus est, ne semel latam sententiam precibus suis flectere conaretur.

Hieron. ep. 11. & ep. 16. Sanctorum merita, & preces suffulciunt orbem.

C *Dimitte me, ut irascatur furor meus.* Quis te derinet, Domine? quis te ligat? Chald. *Intermitte deprecationem, ut irascatur furor meus.* q. d. hæc mihi ligat manus.

Exod. 32. Chald. Oratio Moysis detinebat Deum.

Sic Hieronymus. Qui dixit: *Dimitte me,* ostendit se teneri posse, ne faciat, quod minatus est: Dei enim potentiam servi preces impediabant.

D *Et dixit, ne disperderet eos, si non Moyses electus ejus stetisset in confectione in conspectu ejus.* Hieron. *Nisi Moyses stetisset medius contra faciẽ ejus.* Chaldaeus: *Nisi Moyses surrexisset, & institisset orare in conspectu ejus.*

Psal. 105. Hieron. Chald.

In Num. Dominus objurgavit Aaronem, & sororem ejus, quod Moyse detraxissent. *Iuratisque protinus contra eos abiit.* At cur recessit? Quia volebat rogari super hoc, inquit Abulensis.

Num. 12. Abul. ibid. 9. 51.

E Ad Jeremiam: *Ne obsistas mihi.* Alij: *Ne depreceris me.* Animadversurus in Achan, ad Josue inquit: *Surge, cur jaces pronus in terra?* Ad Samuelem: *Vsquequò tu lugens Saul?* quasi diceret: Jam vos tandem desinite orare, ut ego tandem in peccatores incipiam animadvertere. O vim, ò vim orationis!

Jerem. 7. Iosue 7. 1. Reg. 16.

De oculis, qui orationis, & contemplationis sunt symbolum, in Canticis: *R. Abr.*

Cant. 6. R. Abr. Ipsi

*Lathryna  
velut ener-  
vant Deum.  
Isa. 48.  
Varab.*

*Ipsi me volare fecerunt. Rabbi Abrah. Ipsi  
abstulerunt mihi robur. & dominium meum.*

Hinc ubi nos legimus: *Laudo mea in-  
frabo te; Varab. transfert ex Heb. Propter  
laudem meam frantum injiciam tibi, ne te  
omnino exsecundam, hoc est: quia in oratione  
me laudas, me ipsum frabo.*

*Cant. 4.  
Ambr.*

Hæc vincula sunt, quibus ligatur Deus.  
Cant. 4. *Vulnerasti cor meum; vel ut legit  
Ambr. Cor meum cepisti, soror mea sponsa, in  
uno oculorum tuorum. & in uno crine colli tui;*

*Hebr.*

vel Hebr. *In uno torque colli tui;* quasi ora-  
tio sit aurea catena, quæ Deum ligat. Sic

*Cant. 7.  
Septuag.*

& aliàs fatetur sponsus: *Crina capitis tui,  
sicut purpura Regis juncta canalibus. Sept. Li-  
gati in canalibus; vel Rex ligatus in eis.* Mira

*Jud. 15.*

virtutis hujus exaggeratio, ut Rex Re-  
gum eadem capiatur, ac vinciat. Hi  
sunt crines Samsonis, in quibus inest ma-  
xima fortitudo ejus ad Deum vincen-  
dum, ac vincendum.

*Oratione Deus  
velut incan-  
tatur.*

Quin ea orationis vis est, ut Deum, si  
dicere licet, excantet, ac sopiat, ut eo tem-  
pore ex divino illo thesauro pro-oluente  
quid libuerit oranti liceat arripere.

*Psal. 146.  
Septuag.*

Dixit hoc ipsum David: *Proxime Domino  
in confessione, psallite, &c. Sept. Excantate, &  
avellite eum ab ira, & linte eum in confes-  
sione; quasi nostris precibus Deus excante-  
tur, ac sopiatur.*

*Exod. 31.*

Et verè mansuecit Deus oratione,  
adeoque mansuecit, ut hæc sit proprium  
linitivum divini furoris: *Dimitte me, ut  
irascatur furor meus, q. d. virtus orationis*

*Oratione cor,  
manusq. Dei  
ligantur.*

iram propellit, nec sinit, ut sanguis circa  
meum cor accendatur; antidorum cor-  
dis est, quasi omnipotenti manu in cor  
meum subintrans, iram à corde depellat.  
Itaque manus, immò & cor ipsius Dei li-  
gat oratio.

*Jerem. 7.*

Iterum volens Deus, ut dignâ factis  
animadversione populus plecteretur, in-  
quit ad Jeremiam: *Tu autem noli orare pro  
populo isto, nec assumes pro eis laudem & ora-  
tionem. Quid refert Domine, utrum hic  
oret, vel non oret? Sine oret, tu autem  
fac secundum justitiam tuam. Ah noli  
orare: nam si oraveris, non irascar; manus  
mihi ligabis, & populum hæc castigare  
nequaquam poterò. O mirabilem ora-  
tionis vim! quæ ligat manus ipsius Dei,*

A quæ vincit, ac superat ipsum Deum, quæ  
ipsummet Deum suæ subditæ voluntati, ad-  
ed ut dicat, quod uni quondam dixit: *Fiat  
tibi, sicut vis.*

Meminerint lucæ illius Patriarchæ  
Jacob cum Angelo, Dei personam geren-  
te: *Per totam noctem Jacob luctatus est. Quæ  
lucta, quæ lo, hæc? Declarat Oseas: Jacob  
in fortitudine suâ directus est cum Angelo, &  
invaluit ad Angelum. Sept. Prævaluit ad*

B *Deum, confortatus est, fleuit, & rogavit eum.*

Chald. *Superavit, & fleuit, & deprecatus est*  
eum. Quare tum corporalis, tum spiritalis  
hæc colluctatio oratione absoluta est:  
tota nocte Jacob ingemuit, fleuit, oravit,  
at mane nomen ei Angelus permutavit:

*Nequaquam vocaberis Jacob! sed Israel erit  
nomen tuum. D. Hieron. qui optimè novit*

C *vim Hebraici sermonis, absolute negat,  
Israel significare Videntem Deum! sed  
ait, Vincentem Deum, vel fortem cum*

Deo, quasi ei dixerit Angelus: *Tuis ipse  
precibus ò Jacob, fortis fuisti cum Deo,  
quin ipsum vicisti Deum: ut hinc intelli-  
gas, eam esse vim orationis, ut vim quo-  
dammodò inferat Omnipotenti.*

Meminerint adhæc, quid de Elia di-  
cat Jacobus: *Elias homo erat similis nobis,  
passibilis. Græc. Similibus affectionibus ob-  
noxius. Ad quid hoc? Quis dubitat, an*

D *homo fuerit, an similibus passionibus  
obnoxius? Ah, si quo egeret, noveris; for-  
sitan dubitabis. Memineris naturæ Dei,*

quàm sit compatiens, quàm citò misc-  
reatur, &c. Nunc Elias homo similis no-  
bis. *Oratione oravit, ut non plueret super ter-  
ram, & non pluit annos tres, & menses sex.*

Centum oribus arefacta terra pluviam  
petebat, animalia præ siti moriebantur,  
& cælum factum est æneum propter Eliæ  
preces. Contorquebantur (dicere liceat)

E *divina viscera, ut velut diceret: Heu, heu  
terra sitit, animalia sitiunt, jam penè po-  
pulus deficit, & præ siti moritur. Domi-  
ne, cur cæli catartas non aperis? quis  
te detinet? Elias homo similis vobis ora-  
tione orans. Quantum egit Deus, ut ad  
misericordiam Prophetam inclinaret, ut,  
permittente Propheta, aquam præberet?  
Fecit, ut & ipse famem experiretur, ut*

benè

*Oratio Deum  
velut subiti-  
tum suo sig-  
plici facit.  
Math. 22.*

*Genes. 32.*

*Osea 12.  
Septuag.*

*Chald.*

*D. Hieron. ex  
Hebr. Perer.  
ibid. & Gre-  
gor. hom. 14.  
in Ezech.*

*Iacob. 5.  
Græc.*

*Orationis  
Eliana effica-  
citas expensa.*

D. Chryf. serm. 1. de Elia. 3. Reg. 1.

benè notat Chrysof. quo facto aliis compati cogereetur. A corvo pascitur, ut confundatur; quòd animal rapax, naturalis rapacitatis oblitum, ei deserviat; & ipse non sinat dari aquam populo. Nec his permotus fecit, ut in oculis ejus occideret Deus filium viduæ, apud hospitabatur. Sic, sic tandem cœpit sentire divinas artes, quibus durus zelator ad pietatem, & misericordiam compellebatur: *Etiãmine, Domine, filium viduæ, apud quam ut cunq; sustentor, occidisti?* Non est, non est mors ista naturæ eventus, tuum opus est: sentio jam artes tuas, quibus me in misericordiæ necessitate adigis, ut si tibi dicere voluero: Domine, miserere filio viduæ mortuo, tu mihi ex adverso respondeas: Miserere filio meo Israël. Sicque reveritus est Deus Prophetam, ut penè non posse plueri sine consensu Prophetæ videretur. Et hoc voluit Apostolus hujuscemodi apparatu. *Elias homo erat similis nobis; quòd intelligamus, vi tantummodò, ac virtute orationis hanc Deo vim intulisse; unde benè concludit: Multum valet deprecatio iusti assidua; vel ut est Græc. Multum valet deprecatio iusti efficax.* O miram orationis virtutem, quæ veluti cœli clavis claudit, & aperit, pro-  
vult! *Oratione oravit, ut non plueret, & non pluit: clavem invertit, Et rursus oravit, & cælum dedit pluviam.* Sic & August. Oratio iusti clavis est cœli.

Græc.

Aug. ser. de Tobia.

Quid de Moyse? *Extenditque Moyses virgam in cælum, & dominus dedit tonitrua, & grandinem, & discurrentia fulgura super terram, pluitque Dominus grandinem super terram Egypti.* Sed ait Moyses: *Cum egressus fuero de urbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit. Egressusque Moyses à Pharaone ex urbe, tetendit manus ad Dominum; & cessaverunt tonitrua, nec ultra stillavit pluvia super terram.*

Oratio Solem, & cælum sistit. Ios. 10.

Nec solum oratio continet pluviam, sed continet ipsos cælos, ipsumque Solem, ne currat. *Tunc locutus est Iosue Dominus in die illa, hoc est, oravit ad Dominum, Sol, ne movearis contra Gabaon. Stetitque Sol, & c. obediente Deo voci hominis.* Mirum! spatio triginta sex horarum, ut

Spèranza Scriptura selecta.

A inquit Paraph. Chald. Justinusque Martyr, Solem stetit immobilem, Obediente Deo voci hominis. Quid? Imperavitne Josue ipsi Deo? Nequaquam, sed est tanta virtutis oratio, ut orans Deo imperans dici possit, & Deum orantem, non solum audire, sed ei obedire.

Chald. Justin. dial. contra Tryph. Qui orat, velut imperat Deo.

¶ Quid, quòd ipsa elementa transmutat oratio? *In se enim elementa dum convertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suorum sonum custodiunt: agrestia enim in aquaticis convertuntur; & quæcunque erant natantia, in terram transibant: ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguentis naturæ oblitisceretur.* Hæc mira prodigia in Ægypto omnia dicuntur effecta, ut sit organi sonus. At quæ similitudo hæc? Cur organi magis, quàm alicujus alterius instrumenti? Quonam modo fit sonus organi? Sufflatoris, ac flatu. Dicere vult: Vi sufflatoris, suspiriorum orationumque populi. Deus immutabat ipsa elementa, quasi registra naturæ. O, inquam, egregiam orationis virtutem!

Sap. 19.

Oratio omnia elementa transmutat.

¶ Et quòd intelligas, orationem suâ virtute quoquòd pertere: *Hoc genus Demoniorum non eicitur, nisi in oratione, & jejuniis.*

Matth. 18.

Item: *Vicit autem turbas (infernales) non virtute corporis, nec armaturâ potentia; sed verbo (orationis) illum, qui se vexabat (Diabolum) subiecit.* &c. Quanta igitur virtutis oratio, quæ vel in Infernum pertere!

Sap. 18. Infernum ad eò subigit.

¶ Sed hoc totum parum est. Eousque pervenit virtus orationis, ut mutet quodammodò immutabilem. *Vidi ostium apertum in calo. Quid vidisti? In dextera sedentis supra thronum, librum, &c. Quis est dignus aperire librum? Et ego flebam multum, quoniam, &c. Unus de senioribus autem dixit: Ne fleyeris. Ecce vicit leo de Tribu Iuda aperire librum, &c. Abstergit lacrymas Joannes, oculos elevat, ut leonem conspiciat: Vidi, (subdit) & ecce agnum stantem tanquam occisum. Orem inauditam! Quid? Leo factus est agnus? Ita. Et unde tam mira mutatio? Ex oratione. Habentes singuli (qui circumstant) phialas aureas plenas odoramentorum,*

Apoc. 5.

Oratio ex leone agnum fecit Deum.

B qua

*Quæ sunt orationes Sanctorum.* O virtutem orationis, quæ ex Leone Deum mutat in agnum!

*Oratio Deo quodam modo confert divinitatem.*

*Psal. 51.*

*Genes. 22.*

*Isa. 44.*

*Martial. l. 8. epig. 24.*

*Apoc. 5.*

*Gloss.*

*Orationem inter, mittens Deo vel ut admittat divinitatem.*

*Isa. 7.*

*D. Hier. ex Hab.*

*Alij.*

*Chrys.*

Præterea. Rem modò dicam, quæ forsitan excedens videbitur, sed reverà virtutem orationis non excedit. Oratio ipsi Deo quodammodo dat esse Deum, ut non orare, quodammodo tollit Divinitatem. In quacunque die invocaverò te, ecce cognovi, quoniam Deus meus es. Quid? Prius non cognoscebas? Cognoscebam

utique, sed dum oro, non tam cognosco, quàm declaro, Deum esse Deum. Hoc sibi vult, Cognovi, id est, cognoscere feci. Nunc cognovi, quòd timeas Dominum, id est, nunc cognoscere feci, quòd timeas Dominum. Hi, qui simulacra finxerunt, quandonam Divinitatis honorem eisdem dederunt: Cùm ea finxerunt: Minime, sed cùm supplices ante ea curvaverunt genua. Et curvatus est ante illud (faber insipiens) & observavit dicens: Libera me, quia Deus meus es tu.

Qui fingit sacros auro, vel marmore vultus,

Non facit ille Deos, qui rogat, ille facit, inquit ille. Scòsum propositionis, quæ videtur excessus, declarat Joannes: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & Divinitatem. Quid! Non habebat? Certè habebat, sed sentores illi suis adorationibus, & orationibus eum declarabant Deum: Dignus est agnus accipere Divinitatem; subdit Glossa, per orationis confessionem.

Sic non orans, quantum in se est, Deo Divinitatem denegat. Non petam, & non tenabo Dominum, dixit impius ille. Quid sibi voluerit, declarat sua translatione Hier. Non petam, & non glorificabo Dominum. Cui Propheta: Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo? Alij: Quia Deo exhibetis agonem? hoc est, quia contenditis quasi in agone Dei gloriam, & Divinitatem abripere? &c.

Et nunc intelligo sententiam Chrysostomi dicentis: Nihil potentius est homine orante.

¶ Quid si vim lacrymarum, quæ in oratione supducuntur, adderemus? Sat est

A dicere, ait Hieron. Lacryma Deum cogit, &c.

Facit huc locus Isa. quo volens Deus in

Isa. 23. hostium manus tradere Babylonem, hostes convocat: Ascende Aulam, obside Medes, omnem gemitum ejus cessare feci: vel in futuro, cessare faciam: q. d. Ite, & expugneteam, nec vereamini, ut sententiam mutet ob alicujus lacrymas, quod sæpè soleo: omnem enim gemitum ejus cessare faciam, quòd securiter expugnetis. O vim lacrymarum, quæ si ab uno solo fuissent effusæ, ipsam Babylonem tenuissent, &c. Quando Deus fumere vult pœnas de autimã, eamque deferere, &c. sinit, ut fons lacrymarum siccetur, &c.

Hinc ite cidi præcepit Holofernes aquæ ductum Bethuliz, ut nullo labore eandem capere posset Sic etenim subdit: Pone custodes fontium, ut non hauriant ex eis, & sine gladio interficiet eos.

Si continuerit aquas, omnia siccabuntur. Item 37. Plante Deo concrevit gelu, & rivum latissima funduntur aquæ.

¶ Si continuerit aquas, omnia siccabuntur. Item 37. Plante Deo concrevit gelu, & rivum latissima funduntur aquæ.

¶ Para, supra quam non pluit, aruit. Os putei (cordis) grandi lapide claudatur.

¶ Anima nostra arida est (ideò oculi sicc.)

Jud. 1. Nubes sine aqua.

Omnes puteos, quos foderunt servi Abraham obstruxerunt Palestinam, implentes humo; hoc est, fecerunt, ut ob amissionem terrenorum plorarent, pretiumque lacrymarum amitterent, qui pro caelestium jacturâ plorare debebant.

O si pro Cælo plorarent, quid non consequerentur! In Gen. Cùm quo Esau ejulatu magno fletet, motus est Isaac. Quid si pro caelestibus ejulasset!

¶ Ut bene David vim noverat lacrymarum, ita Præcepit David, ut docerent filios Juda arcum; vel, juxta alios, planctum.

¶ Quasi peracutus lacrymarum sagittis cor ipsum Dei dulciter feriat. O lacrymæ sagitta potentis acuta! ò sagitta in manu potentis!

¶ Sed jam age, hanc esse orationis vim, ac efficaciam, ex Sanctorum precibus comprobemus. Eliam alterum cupis? Accipe ex Metaphraste. Tempore magni illius Spiritidonis, Archiepiscopi Irimythuntus,

Apud Surium, t. 6. 12. Decemb.

2. Reg. 1. Lyr. in mor.

Gen. 27.

Gen. 26.

Gen. 27.

2. Reg. 1.

Lyr. in mor.

Apud Surium, t. 6. 12. Decemb.

2. Reg. 1.

Lyr. in mor.

Apud Surium, t. 6. 12. Decemb.

2. Reg. 1.

Lyr. in mor.

Apud Surium, t. 6. 12. Decemb.

thuntis, castigabat Deus insulam Cyprū pluviæ egestate, & gravis premebat siccitas; & siccitatem conseqeatur fames! famem autem pestis! & populi quidem magna pars jam interierat! altera verò id mox credebatur passura. Opus autem habebat illud malū omninò aliquo Elia, aut alio illi simili, qui cælum aperiret oratione. Is verò erat Spiridon. Nam cum plaga graviter urgetet, & populum valdè persequeretur, ipse pro grege magnum capiens angorem, & paternis inflammatu visceribus, rogat quidem ut clemens Deum clementem. Ille statim implet cælum nubibus ex extremo tetra: & quod est mirabile, ne aliquem motum elementorum existimaret consequi pluviā, Deus eas procul ostendit. Sistit autem, non prius permittens eas ascendere insulam, quā Sanctus eam rursus eraret. Nondum enim ille guttam emiserat lacrymarum, & protinus multa erupit pluvia, & pinguescit quidem terra, aluntur autem fructus, & cresunt segetes, & omnia simul mala solvuntur. In hoc Spiridon fuit ipso Elia, (ut aliquid dicam audacter) benignior. Nam Elias quidem, cum pluviā retinisset, deinde rursus remisit: ille verò primum non imitatus, extitit ei par in secundo.

Consimilem alterum Eliam quæris? De Divo Malachia Hybernix Episcopo hæc Bernardus. Condixerant (seditionis quidam) Regem cum Episcopo trucidare, ut non esset, qui vindicaret sanguinem justum. R. sinnotuit Malachia, & intrans Ecclesiam (erat enim propè) elevatis manibus, oravit ad Dominum: & ecce nubes, & caligo, sed & tenebrosa aqua in nubib<sup>9</sup> aëris diè verterunt in noctē. Fulguraq; oq; & tonitrua, & horribiles spiritus procellarum diem ultimum minitantur, vicināque elementa intentant omnia mortem. Et ut scias, Lector, quod oratio Malachix concusserit elementa, solos intercipit tempestas, solos turbo tenebrosus involuit, qui paraverant opera tenebrarum. Denique ipse, qui princeps extiterit tanti mali, fulminat percussus interiit cum tribus a-

liis; & fuere consortes mortis, qui fuerunt participes sceleris. Illos autem, qui cum Malachia erant, quavis proximos loco, tempestas omninò non tetigit, nec quicquam molestiæ intulit. In factio isto recens capimus experimentum veritatis verbi illius: Quia oratio iusti penetrat calos. Sed & novum antiqui exemplum miraculi, quo olim totā Egypto versante in tenebris, solus Israël in lumine mansit, dicente Scriptura: *Vbicunque Israel erat, lux erat.* Huc mihi occurrit & factum sancti Eliæ, nunc quidem ab extremis terræ nubes, & pluviæ educens, nunc verò super blasphemos invocantis ignem de cælo. Et modò de simili clarificatus est Deus in servo suo Malachia.

Quid! Oratio non solum concutit, sed & mutat elementa. Gregor in Dialogis, *Dial. c. 5.* Juxta civitatem Anconitanam Ecclesia Constantius Beati Martyris Stephani sita est, in qua vitæ venerabilis, Constantius nomine, Mansionarij functus officio deserviebat: cujus sanctitatis opinio sese ad notitiam hominum longè, latèque extenderat. Qui idem vir funditus terrena despiciens, toto annisu mentis ad sola cælestia flagrabat. Quadam verò die, dum in eadem Ecclesia oleum decisset, & prædictus Dei famulus, unde lampades accenderet, omninò non haberet, omnes lampades Ecclesiæ implevit aquā, atque ex more in medio papyrum posuit, quas allato igne succendit, sicque aqua arsit in lampadibus, ac si oleum fuisset. Perpende, Petre, (subdit Gregorius) cujus meriti vir iste fuerit, qui necessitate compulsus elementi naturam mutavit.

Idem. Soror venerabilis Benedicti, Scholastica nomine, omnipotenti Domino ab ipso infantix tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueverat: ad quam vir Dei non longè extra januam in possessione Monasterij descendeat. Quadam verò die venit ex more, atque ad eam cum Discipulis venerabilis ejus descendit frater: qui totum diem in Dei laudibus, sacrisque colloquiis ducentes, incumbentibus jam noctis tenebris, simul acceperunt cibos. Cùmque adhuc ad mensam sederent, & inter sacra collo-

B 2 quia

3. Reg. 16.

Spiridon orans  
Elia comparatur.

3. Reg. 17.  
c. 16.

D. Bern. in  
vita S. Malachie.  
Malachias  
orans ad instar  
Elia concutit  
elementa.

Exod. 10.

3. Reg. 16.

4. Reg. 1.

D. Greg. l. 1.

Dial. c. 5.

Constantius

Ancona ele-

mentum appu-

iat.

L. 2. c. 23.

*Scholastica  
orando sereno  
calo pluviam  
impetrat.*

*Expende vim  
orationis  
Scholastica.*

*Quam cito  
exaudivit.*

*August. ser.  
de Ioan.*

quia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis foemina, soror ejus, eum rogavit, dicens: Quae so te, ut ista nocte non me deferas, ut usque mane de caelestis vitae gaudiis loquamur. Cui ille respondit: Quid est, quod loqueris, soror? manere extra cellam nullatenus possum. Tanta vero erat caeli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Sanctimonialis autem foemina, cum verba fratris negantis audisset, infertis digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus, Dominum rogatura declinavit. Cumque de mensa levaret caput, tanta coruscationis, & tonitruum virtus, tantaque inundatio pluviae erupit, ut neque venerabilis Benedictus, neque Fratres, qui cum eo aderant, extra loci limen, quod contenderant, pedem movere potuissent. Sanctimonialis quippe foemina caput in manibus declinans, lacrymarum fluvium in mensam fuderat, per quas serenitatem aeris ad pluviam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est, sed tanta fuit convenientia orationis, & inundationis, ut de mensa caput jam cum tonitruo levaret, quatenus unum idemque esset momentum, & levare caput, & pluviam deponere. Tunc vir Dei inter coruscationes, & tonitrua, atque ingentis pluviae inundationem, videns se ad Monasterium non posse remeare, coepit conqueri contristatus dicens: Parcat tibi omnipotens Deus, soror. Quid est, quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce te rogavi, & audire me noluit: rogavi Dominum meum, & audivit me. Mo. d ergo, si potes, egredere, & me dimissa ad Monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum, non valens, qui remanere sponte noluit, in loco mansit in vitis. Sicque actum est, ut totam noctem pervigilem ducerent, atque se per sacra spiritualis vitae colloquia, vicaria relatione satiant.

August. Ascendit precatio, & descendit Dei miseratio: licet alta sit terra, alium caelum; audit tamen Deus hominis linguam, si mundam habeat conscientiam. Cum sensibus loquitur, si sit so-

lus noster gemitus. Sufficit auribus imber oculorum, sicut citius audit, quam voces.

Vides itaque orationem elementa mutare. Annon praeterea elementa mutat, dum montes transfert, flammam extinguit, aquam non deorsum, sed sursum vehit? In Vitis Patrum. Quidam de sanctis senioribus misit discipulum suum ad hauriendam aquam. Longius autem erat puteus a cella senioris: oblitus est autem secum tollere funem discipulus, quo hauriret aquam. Cumque pervenisset ad puteum, contristatus est valde, quia longe erat cellula eorum: quid ageret, quod se verteret, nesciebat: dubitabat enim ad cellulam sine aqua reverti. Tunc anxius nimis, prostravit se in orationem cum lacrymis, dicens: Domine, miserere mei secundum magnam misericordiam tuam, qui fecisti caelum, & terram, mare, & omnia, quae in eis sunt, qui facis mirabilia magna solus, miserere mihi propter servum tuum, qui me misit. Et cum surrexisset ab oratione, exclamavit: O putee, putee, misit me servus Christi, Abbas meus, ut hauriam aquam. Statim autem ascendit aqua sursum ad os putei, & cum implisset lagenam suam, frater abcessit glorificans potentiam Domini Salvatoris. Aqua autem putei reversa est ad locum suum.

De Nonnosio Praeposito Monasterij in monte Soractis Gregor. in Dial. Quia ejus Monasterium in summo montis cacumine situm erat, ad quemlibet parvum hortum Fratris excolendum, nulla patebat planities. Unus autem brevissimus locus in latere montis excreverat, quem ingentis saxi moles, naturaliter egrediens occupabat. Quadam vero die, dum Nonnosus, vir venustissimus, cogitaret, quod saltem ad condimenta olerum nutrienda locus idem aptus potuisset existere, si hunc moles saxi illius non teneret, occurrit animo, quod eandem molem quingenta boum paria movere non possent. Cumque de humano labore facta esset desperatio, ad divi-

*In Vitis Patriu  
p. 2. 5. 27. &  
apud Rosney  
dum l. 3. n.  
20. 28.*

*Per orationem  
aqua in sub-  
lime conscen-  
dit.*

*Greg. 1. r.  
Dial. c. 1.*

*Nonnosus saxu  
ingens sua or-  
atione amovit.*

divinum se solatium contulit, seque illic nocturno silentio in orationem dedit. Cumque mane facto, ad eundem locum Fratres venirent, invenerunt molem tantæ magnitudinis ab eodem loco longius secessisse, suoque recessu largum Fratribus spatium ad excolendum hortum dedisse: imitatus in hoc (ut subdit infra) factum Gregorij, qui suis precibus montem movit.

*Eodem l. c. g.*

Anconitanae Antistes Ecclesiae, vir vir-  
tae venerabilis Marcellinus fuit, cuius  
gressum dolore nimio podagra contra-  
xerat, eumque familiares sui, ut necesse  
erat, in manibus ferebant. Quadam  
verò die per culpam incuriae eadem civi-  
tas Anconitana succensa est. Cumque  
vehementer arderet, cucurrerunt omnes,  
ut ignem exstinguere, sed illis aquam  
certatim projicientibus, ita crescebat  
flamma, ut jam totius urbis interitum  
minari videretur. Cumque propinqui-  
ora sibi loca quæque ignis invaderet,  
jamque urbis partem non modicam con-  
sumpsisset, & obistere nullus valeret, de-  
ductus in manibus venit Episcopus, &  
tantâ periculi necessitate compulsus, fa-  
miliaribus suis se portantibus præcepit,  
dicens: Contra ignem me ponite. Quod  
ita factum est atque in eo loco est posi-  
tas, ubi tota vis flammæ videbatur in-  
cumbere. Cæpit autem miro modo in  
semetipsum incendium retorqueri, ac si  
reflexionis suæ imperus exclamaret, se  
Episcopum transire non posse. Sicque  
factum est, ut flamma incendiû illo termi-  
no refrænata in semetipsam refrigescer-  
et, & contingere ulterius quicquam edi-  
ficii non auderet. Perpendis, Petre, cuius  
sanctitatis fuerit, ægrum hominem sede-  
re, & exorando, flammam premere? Pe-  
trus. Et perpendo, & obstupesco.

*Oratio quoquò  
pervadit.*

Quid ultra dictum est? Orationem suâ  
virtute quoquò pertingere? Si mortuos  
ad vitam revocat. si à Purgatorij pœnis  
eos, qui illis subjacent, eripit, si ab ipso  
Inferno damnatos quodammodò liberat,  
profectò quoquò pertingit. E regiâ  
Constantii Imperatoris. Sanctus Spiritus  
congregans, hospitio excipitur à quo-

dam Christi amante. Ad eum autem  
accedit mulier barbara, & linguæ Græ-  
cæ imperita, quæ suum filium mortuum  
ferens in manibus, deponit ad Sancti pe-  
des: quin etiam ipsa quoque prona ceci-  
dit, deflens miserabiliter, & iis quidem,  
qui aderant, ea dicens, quæ non poterant  
intelligi propter barbariem. Solis lo-  
quebatur lachrymis, significans se flere  
propter filium, & perere à Pontifice, ut  
eum suscitaret. His frangitur vir animi  
misericordis, & duabus rebus, modera-  
tione, scilicet, & commiseratione mulie-  
ris distrahitur. Quando enim ad ejus  
dolorem, & viscerum ardorem adspicie-  
bat, aggrediebatur miraculum, & incita-  
batur ad orandum Deum, ut puer reviv-  
isceret. Quando verò rursus intue-  
batur ad magnitudinem petitionis, cum  
esset modestus, & moderatus, cordeque  
pius, & cautus, cedebat, & differebat: &  
esse judicabat conatum impudentem.  
Quocirca statuit adhibere in consilium  
unum ex iis, qui erant secum. Is autem  
erat Artemidorus, qui jam erat Diaconus,  
vir, qui omnia quidem diligenter  
exercuerat, quæ pertinent ad virtutem.  
Unus verò veluti communis quidam col-  
lor erat contemperatus omnibus, ut re-  
ctè gerens, nulli omnino esset manifestus.  
Eum ergo rogavit Sanctus: quid eis esset  
faciendum. Ille autem ei dixit, quod il-  
lum omnino oportebat dicere, & hunc  
audire. Quid enim, ô Pater, inquit, in-  
terrogasti? Quid est autem aliud facien-  
dum, & tibi maxime, nisi Christus vitæ  
dator invocandus, quem jam in multis  
fuit evidens, tuas exaudire orationes? &  
alio qui si per te salvus evasit Imperator,  
pauperes, & inglorii judicabuntur esse  
despiciendi. Pulcherrimo consilio pareat  
Pontifex, & corde accensus misericordiâ,  
& oculos habens plenos lachrymis, geni-  
bus in terram flexis, & eam rigans fletu-  
bus, ardentè admodum clamat, & mise-  
rabiliter: & bonum Christum benignè  
rogat, ut misera mulieri infantem vivif-  
cet, & matrem reddat congruenter Scri-  
pturæ sacræ propter filium lærantem. 3. Reg. 17.  
Qui ergo per Eliseum, & Eliam Sarepta-  
næ.

B 3

næ.

*Apud Surium  
eod. loc. quo  
suprà.*

*S. Spiridon  
oratione mor-  
tuos ad vitam  
revocat.*

na filio, & Sunamitidis immisit spiritum, & vitam est largitus, ipse rursus etiam audivit Spiridonem, & puer, qui mortuus jacebat, conspectus est veluti plorans ante oculos matris. Lacrymis mihi sunt suffusi oculi præ gaudio. Sic enim meum affecit animum id, quod dicitur, revocatum in memoriam. Vos quoque id audite. Cum enim vivum vidit mater suum charissimum (ô arcana tua, ô Christe, judicia!) nimiam non ferens lætitiã, in terram cadens, expiravit. Ostendit id, quod factum est, nihil nimis esse longè optimum. Ecce enim non mortalem solum esse doloris exuperationem, sed etiam gaudii novimus imoderationem. Vos quoque, sat scio, affecti estis animo, ex lætitiã mutari in dolorem: Sunt enim homines naturã misericordes; sed propè adest magnus Spiridon, qui vestram tristitiam mutabit in gaudium. Rursus enim morem gerit Artemidoro, & ad hoc, ut det matrem filio, vir modestus inducitur. Ad cœlos ergo intuens, & Domium, qui in eis habitat, mente agrens, illum precatus, qui vitam inspirat mortuis, & solã voluntate omnia transmutat, & transformat, dicit ei, quæ jacebat: Surge, & sta supra pedes tuos. Illa autem repente, ut quam somnus potius, quàm mors oppresserat, surrexit, & ei adstitit, & infantem in ulnis accepit.

*Lib. 1. Con-  
formit. c. 23.*

In conformitatibus D. Francisci ad Christum. Beatus Conradus juvenem quendam ad meliorem frugem, sui quæ instituti observatione coaverterat. Cumque is ad obitum venisset, nocte quadam anima ejus venit ante Fratrem Conradum orantem, cui Conradus: Quisnam es tu? Ego, inquit, sum anima juvenis nuper defuncti. At ille: O fili, quid est de te? Respondit: Gratia Dei, & doctrinæ vestræ, charissime Pater, bene mihi est, quia non sum damnatus: at tamen ob aliquas meas culpas non bene purgatas, magnas sustineo Purgatorii pœnas; sed rogo te, Pater, ut sicut tua pietate mihi, dum viverem, succurristi: ita nunc meis cruciatibus succurrere digneris, ac pro me aliquoties Dominicam orationem

recites: quia oratio tua valde acceptabilis est coram DEO. Frater verò Conradus libenter assentiens, eandem mox recitavit semel cum *Requiem aeternam*. quã absolutã, anima dixit: O Pater sancte, quantum mihi profuit! rogo te iterum recites. Quod cum ille egisset, inquit anima: Dum oras, totam allevari me sentio, teque obsecro, ne pro me cesses orare. Frater verò Conradus sentiens, quòd anima illa suis orationibus juvaretur, centies pro eã orationem Dominicã recitavit. posthæc anima dixit: Ex parte Domini nostri gratias tibi ago, ac rogo, ut ipse pro hac charitate mercedem aeternam tribuat, quia propter orationem tuã sum à pœnis omnibus liberata, & nunc pergo ad gloriam Paradisi.

*B. Conradus  
animam oran-  
do liberat à  
Purgatorio.*

In Vitis Eremitarum D. Augustini. Concionator quidam multos habebat in

*Lib. 2. c. 13.*

Christo filios, ac filias, hancque præcipuam habuit virtutem, ut pauperularum, devotamque mulierum, hominumque confessiones libenter audiret. Cum is diem clausisset extremum, anima ejus descendit in gravissimas incendii pœnas, quas magnã ex parte, devotarum suarum filiarum lacrymas, precesque; ad Deum fufas eadem ipsã die mortis suæ devota quædam mulier extinxisse conspexit. Horã autem liberationis ejusdem à Purgatorio, vox ad eandem mulierem facta est: Prope ante altare Sanctæ Catharinæ, quia ibi hodie dedicatio erit. Ibi etenim ille solitus fuit celebrare. Quæ pergens, vidit eum educi de Purgatorio, & venire super idem altare. Tunc verò è cœlo multos filios ejus, ac filias, quas Christo pepererat; obviam ei fieri, iisque stipatum, solenniter in cœlum ascendere. Quo exemplo satis apparuit, quàm bonum, & quàm salubre sit, pauperum, ac humilium confessiones audire: nam talium fletibus, & precibus à Purgatorii pœnis ille quantocius est liberatus.

*Confessarius ab  
oratione devo-  
tarum filiarum  
liberatur  
à Purgatorio.*

D. Petrus Damianus in quadam epist. In Monasterio B. Sylvestri, quod in Urbinati constitutum est territorio, quidam Monachus obiit, & ab incipiente gallicis

*D. Pet. Dam.  
ep. 5. ad Doms-  
nicum, cap. 7.*

nii nocturnalis articulo usque ad secundam diei horam cadaver exanime locatum, juxta morem consuetum, atque Fratribus circumquaque psallentibus in feretro jacuit. Cumque transactis jam Missarum ex majori parte solenniis, *Agnus Dei*, juxta Regulam diceretur, ecce repente, qui mortuus jacebat in medio, animâ redeunte, surrexit. Stupefacti sunt Fratres, & novâ nimis admiratione perterriti: quia nimirum quem funeris officium persolventes extulerant, nunc vitalem spiritum recepisse videbant. Ac cum propius accessissent, verbaque audire ex ore ejus avidius inhiarant, (ah scelus!) maledicta, & contumelias in Deum cepit effundere, benedictum nomen Salvatoris impiè blasphemare, vivificæ Crucis signum, ut oscularetur oblatum, sacrilego ore conspuere, intemeratam quoque Dei Gesitricem ignominiosis non timebat opprobriis lacerare. Quid, inquit, pro me psallitis, vel Sacrificiorum Hostias offerre tentatis? Ego enim in ipsa flammantia Tartara profunda descendi: ibique meus Magister, & Dominus Lucifer me irrevocabiler deputavit. Coronam planè suam ericam, inextinguibili semper ardore candentem, mihi in capite posuit, ejusdem quoque metalli chlamyde, quâ induebatur, ipsâ me vestivit. Erat autem chlamys tam longa, ut talorens flueret, & tam ferventer ignita, ut liquefacta guttas emittere videretur. Cumque Fratres eum, ut pœnitentiam ageret, atque ut occulta sua in medium proferret, unanimiter hortarentur, ille anathematizabat, & non solum pœnitentiæ remedium, sed & omnia redemptionis nostræ mysteria ore rabido, atque sacrilego condemnabat. Monachi verò semper ad adjutricia orationis arma pio studio recurrentes, cœperunt abjectis indumentis, corpora sua scopis illidere, pugnis pectora tundere, psalmodiæ, atque omnium, quæ valebant, precum generibus insudare. Cunctis itaque Fratribus in luctuosis orationibus, & jejuniis constitutis, ac sub divinæ pietatis expectatione suspensis, tandem super-

**A** nâ virtutis splendor emicuit. Ecce enim desperatus ille, & voragine maris hiantis absorptus, ad superficiem rediit. **DEI** quippe Salvatoris omnipotentiam laudat, nequissimis Satanae ludificationibus abrenunciat, Crucem adorat, pœnitentiam flagitat. Confessus est autem, quia post abrenunciationem sæculi, in fornicationem cecidit, quam tamen eatenus nulli penitus per confessionis judicium patefecit. Laudans igitur, & benedicens Deum, usque ad diem alterum vixit, sicque Creatori suo mirabiliter restitutus, in sancta de hoc sæculo confessione migravit. Sic nimirum fraternæ orationis fructus floruit. **Quæ** oratio ex ipsis gehennæ visceribus prædam rapuit, & de flammarum stipulâ in structurâ cælestis Hierusalem lapidem vivum posuit.

**C** Annon ergo oratio quoquod pertingit? Annon exorans *claves* videtur habere *mortis, & inferni*? Ex quo exemplo, huicque similibus, quæ plura circumferuntur, apparet, non solum orationem quoquod pertingere, sed & illud per eam fieri, quod supra subjecimus, immutabilem, scilicet, quodammodo mutari: nam quos Deus non definitivè, seu finaliter in Inferno damnatos secundum præsentem propriorum meritorum justitiam volebat puniri; hos merito piarum precum, ac lacrymarum gratiam consequutos, & per eam remissionem peccatorum adeptos, vereque pœnitentes, mutatâ sententiâ, ut ait Ambr. ab Inferni pœnis exolvit, ac liberavit. Sic formaliter **D.** Thom. De facto Trajani hoc modo potest probabiliter æstimari, quod precibus **B.** Gregorij ad vitam fuerit revocatus, & ita sit gratiam consecutus, per quam remissionem peccatorum habuerit, & per consequens immunitatem à pœnâ facto Trajani, Inferni. Quicquid sit de hujus veritate historix, quippe quæ aliis penitus non probetur.

Quid tandem ad efficaciam orationis addamus? Vim lacrymarum. In revelationibus **S. Brigittæ** de Caselo filio ejus post

Apos. 1.

D. Thom. 1.

dist. 43. q. 2.

art. 2. ad 5.

Et in addit.

ad 3. p. 9. 71.

art. 5. ubi de

facto Trajani.

de quo tamen

vide Baron.

Annal. tom. 8.

anno 604.

Lib. 7. Reve-

lat. S. Brigittæ,

c. 13.

Per orationem  
quidam ab  
ipsis serè Infer-  
ni clausuris  
liberantur.

post obitum ante supremum illum Iudicem constituto. Sic habes: Post hæc loquebatur Diabolus ad Iudicem dicens: Ego scio, quod tu es ipsa iustitia, & potentia; tu non magis iudicas iniustitiam Diabolo, quam Angelo. Ad iudicem igitur mihi istam animam. In illa enim sapientia, quam habui, quando me creasti, scripseram omnia peccata ipsius, in illa malitia mea, quam habui, quando cecidi de celo. Nam quando primò ista anima ad illam ætatem discretionis pervenit, quod jam bene intelligebat, esse peccatum illud, quod faciebat, tunc propria voluntas ipsam trahebat ad vivendum magis in mundana superbia, & carnali delectatione, quam talibus resistere, Respondit Angelus: Quando primò ejus mater intellexit, ipsius voluntatem esse flexibilem ad peccatum, statim ipsa succurrebat ei misericordiam operibus, & precibus diuturnis, ut ei Deus misereri dignaretur, ne ab ipso se elongaret: propter ista denique matris suæ opera obtinuit divinum timorem, ita quod, quotiescunque cecidit in peccatum, confestim ad faciendam confessionem properavit. Respondit Diabolus: Me oportet peccata sua narrare. Et statim volens incipere, in eadem hora clamare cepit, & plangere, & in se ipso diligenter inquirere, in capite, & membris cunctis, quæ videbatur habere, totusque videbatur tremere, & ex turbatione magna clamavit: Ve mihi misero! quomodo perdidit meum longum laborem, quia non solum oblitus est textus, & abolutus, verum etiam tota materia combusta est, in qua omnia fuerunt scripta, (materia autem significat tempora, in quibus peccavit) quæ non magis recolo, quam peccata in eis scripta. Respondit Angelus: Hoc fecerunt lacrymæ, & longi labores, multæque orationes matris suæ, ita quod Deus compatiens gemitibus suis dedit ejus filio talè gratiam, scilicet quod pro quolibet peccato, quod commisit, contritionem obtinuit, humilem confessionem faciendo ex divina charitate: & ideo illa peccata oblita, & neglecta sunt in tua memoria.

*Brigitte a oppor-  
tune, citoq; suis  
precibus suc-  
currit filio.*

*Brigitte lacry-  
ma filii peccata  
conscripta deli-  
tuorum.*

Respondit Diabolus, asserens, se habere adhuc saccum plenum illis scripturis, quibus supradictus miles proposuerat, quod peccata sua emendaret, sed non curavit: ideo teneor cruciare eum: quousque per poenam fuerit satisfactum: quæ quidem peccata idem miles adhuc emendare non curavit in vita sua. Respondit Angelus: Aperi saccum, & pete iudicium super illa peccata, pro quibus te oportet eum castigare. Quo dicto, clamavit Diabolus sicut amens, dicens: Ego sum spoliatus in mea potentia; nam non solum ablati sunt mihi sacculus, verum etiam peccata, quibus erat repletus, sacculus quippe erat segnitie, in quo omnes causas posui, pro quibus oportebat me ipsum punire, quia propter segnitiam multa bona omisit.

Respondit Angelus: Te spoliaverunt lacrymæ matris suæ, & rupeunt saccum, & destruxerunt scripturam: in tantum lacrymæ ejus Deo placuerunt. Respondit Diabolus: Adhuc habeo hæc aliqua profere, videlicet ejus venialia peccata. Respondit Angelus: Ipse obtinuit voluntatem de sua patria peregrinari, dimittens bona, & amicos, in multis laboribus sancta loca visitando, & hæc complevit, se etiam ita parando, quod dignus fuit à sancta Ecclesia indulgentiam consequi, desiderabat quoque per peccatorum emendationem Deum Creatorem suum placare. Unde omnes illæ causæ, quas jam scripsisse te dixisti, sunt indultæ. Respondit Diabolus: Adhuc oportet me tamen pro omnibus illis venialibus culpis, quæ commisit, ipsum punire: & ideo per indulgentias minime sunt deletæ: sunt enim millia millium, quæ omnia in lingua mea sunt conscripta. Respondit Angelus: Extende linguam, & monstra scripturam. Respondit Diabolus cum magno ejulatu, & clamore, sicut demens, & dixit: Væ mihi! ego non habeo unum verbum ad dicendum: nam mihi radicitus lingua abscissa est cum viribus suis. Respondit Angelus: Hoc fecit mater ejus assiduis orationibus suis, & labore: quia animam ejus dilexit toto corde. ideo placuit Deo propter ipsius charitatem, omnia

*Brigitte lacry-  
ma Diabolus  
spoliaverunt.*

omnia peccata ejus venialia indulgere, quæ ab infantia usque ad mortem commisit; & idèd lingua tua suis viribus creditur caruisse. Respondit Diabolus: Adhuc unum habeo in corde meo diligenter custoditum, quod nullus potest abolere, hoc est, quod injustè aliqua acquisivit, ea reddere non attendens. Respondit Angelus: Pro talibus mater sua cleemosynis, orationibus, & misericordiar operibus satisfecit: ita quod justitiæ rigor se ad misericordiar blanditiem inclinavit, deditque ei Deus perfectam voluntatem, sine omnium bonorum suorum parcitate, in omnibus plenè satisfacere, juxta facultatem suam, quibus aliquid injustè abstulerat. Istam enim voluntatem accepit Deus pro effectu: quia diutius vivere non valebat. Oportet igitur hæredes suos pro talibus satisfacere, prout possunt.

Respondit Diabolus: Ergo si non habeo potestatem puniendi eum pro peccatis, tamen oportet me ipsum castigare, quia non exercuit opera bona, & virtutes, quando plenum sensum, & sanum corpus habuit juxta posse suum. Virtutes enim, & opera bona, sunt illi thesauri, quos secum ad tale regnum ferre deberet, scilicet ad regnum Dei gloriosum. Permite ergo me illud supplere cum penâ, quod sibi defecit in virtuosis operibus. Respondit Angelus: Scriptum est, quod petenti dabitur, & pulsanti cum perseverantiâ aperietur. Audi ergo, Diabole. Mater ejus charitativis precibus, & pietatis operibus ad portam misericordiar perseveranter pulsavit pro eo plusquam triginta annis, fundendo multa millia lacrymarum, ut Deus cordi ejus Spiritum Sanctum infundere dignaretur, ita quod bona sua, corpusque, & animam idem filius suus ad Dei servitium libenti animo exhiberet. Sic etiam fecit Deus, nam ita ardens iste miles effectus erat, quod ad nihil aliud placeret ei vivere, nisi ut Dei voluntatem sequeretur. Et ecce Deus sic diu rogatus in ipsius corpus benedictum spiritum infudit. Virgo vero Mater Dei dedit illi ex virtute sua,

*Speranza Scriptura selecta.*

A quicquid sibi defecit in armis spiritualibus, & indumentis, quæ pertinent ad milites, qui debent intrare in regnum cæli ad summum Imperatorem. Sancti etiam in cælesti regno collocati, quos iste vivens in mundo dilexit, de suis meritis sibi consolatione addiderunt. Ipse namque thesaurum cõgregavit, sicut illi peregrini, qui quotidie cadaci bona comutat in æternales divitias: & quia ipse sic fecit, idèd gaudium, & honorem perpetuum obtinebit, specialiter pro illo ardenti desiderio, quod habuit peregrinandi ad sanctam civitatem Hierusalem, & pro eo, quod desideravit ferventer vitam suam libenter bellando exponere, ut terra sancta reduceretur ad dominium Christianorum, ad hoc, ut illud gloriosum Dei sepulcrum in debitâ haberetur reverentiâ, si ad tantum opus sufficiens extitisset. Et idèd tu Diabole, nullam justitiam habes illa supplere, quæ ipse personaliter non perfecit. Respondit Diabolus: Adhuc deficit ei corona, nam si ego possem aliquid ad ejus imperfectionem fabricare, hoc libenter facerem. Respondit Angelus: Hoc certissimum est, quod omnes qui se ipsos vicerint, de intimo peccata verè poenitendo, & divine voluntati se voluntariè conformando, ipsumque Deum toto corde diligendo, gratiam Dei consequentur. Placet quoque ipsi Deo, ex triumphali sui benedicti humani corporis coronâ eis coronâ dare, si secundum justitiæ rectitudinem purgati fuerint. Et idèd tibi, ô Diabole, minimè convenit ad ejus coronam aliquid fabricare. Tunc Diabolus hæc audiens, clamavit impatienter rugiens, & dixit: Væ mihi, quia tota memoria mea mihi ablata est. Jam enim non recolo, in quibus iste miles meam secutus est voluntatem: & quod est mirabilis, etiam oblitus sum, quo nomine, dum vixit, vocabatur. Respondit Angelus: Scito, quod modò in cælo vocatur filius lacrymarum. Diabolus verò clamans altè respondit: O quam maledicta est illa scrofa, seu porca, mater ejus, quæ tam prolixum habuit ventrem, quod tanta aqua in ipsam infusa fuit, quod omnia

E

VENTIS

*Multa lacrymarum millibus Spiritum sanctum implorat filia.*

*Brigitta filia vocatur filius lacrymarum.*

ventris ejus spatia impleta fuerunt hu-  
moribus lacrymarum, sic ipsa maledicta  
à me, & à totâ societate. Respondit An-  
gelus: Tua maledictio honor Dei est, &  
omnium amicorum suorum benedictio.  
Tunc autem loquebatur Index Christus,  
sic dicens: Recede tu, inimice Diabole.  
Deinde dixit illi militi: Veni tu, ô mi  
electe. Et statim fugit Diabolus. Tunc  
Sponsa hæc videns dixit: O æterna vir-  
tus, & incomprehensibilis tu ipse Deus,  
& Domine Jesu Christe: tu omnes co-  
B  
gitationes bonas cordibus infundis, ora-  
tionesque, & lacrymas, tu occultas tua  
gratiola dona, conferens pro eis æterna-  
liter præmia gloriosa. Sit igitur tibi ho-  
nor, & servitium, & gratiarum actio de  
omnibus, quæ creasti. O dulcissime  
Deus, tu es mihi charissimus, & verè  
charior mihi, quàm corpus, & anima mea.  
Angelus quoque tunc loquebatur eidem  
Sponsæ Christi, dicens: Tu scire debes,  
quod hæc visio non solum pro consola-  
C  
tione tuâ à Deo tibi monstrata est, sed  
etiam, ut amici Dei intelligere possint,  
quantum ipse facere dignatur pro amico-  
rum suorum orationibus, & lacrymis, &  
laboribus, qui pro aliis charitative orant,  
& laborant cum perseverantiâ, & bonâ  
voluntate.

August. in  
Gloss. ordin.  
Ps. 38.

Quid nunc ais? An non verum illud  
Augustini ad verba Psalmi: *Auribus per-*  
D  
*cipe lacrymas meas?* Lacrymæ violentæ  
sunt in precibus?

Chrysost. l. 2.  
de orando Deum.  
Luc. 18.

Huic tandem prolixiori puncto pun-  
ctum faciat Chrysostomus, qui expendit  
parabolam iniqui Iudicis, ac viduæ  
interpellantis, quæ sic incipit: *Iudex qui-*  
dam erat in civitate, &c. Prædictorum  
veluti epitomen facit: Satis, inquit, erat  
justi, elementisque iudicis personam  
proposuisse, ut hujus justitiæ collata cū  
Dei bonitate demonstraret, quantum va-  
leat deprecatio. Et enim si benignus,  
ac mansuetus homo placidè recipit eos,  
qui supplices accedunt, quantum magis  
idem factorus est Deus, cujus tanta est  
erga mortaliū genus benignitas, ut non  
solum nostram excedat intelligentiam,

A  
verum etiam major sit, quàm ut hujus  
magnitudinem Angeli ipsius possint ani-  
mo complecti? Itaque satis erat, ut di-  
xi, justi iudicis personam inducere: nunc  
autem Iudicem proposuit initem, im-  
piū, & inhumanum: in cæteris qui-  
dem implacabilem; ad preces verò beni-  
guum, ac mansuetum: videlicet ut in-  
telligas, quod omnis precatio ingenium  
etiam malum facit ad misericordiam, &  
clementiam pertrahit. Quam igitur ob-  
causam hoc fecit Christus? Ne quis ho-  
minum ignoraret, quantam vim habeat  
deprecatio: atque idcirco postquam Iu-  
dici omnium immanissimo adhibuisset  
viduam, cumque præter naturam osten-  
disset factum ex improbo humanum, ad  
Patrem suum parabolam transfert, ad il-  
lum, inquam, bonum, mansuetum, mi-  
sericordiam suam vi-  
centem peccata mortalium, condonan-  
tem errata plurima, tolerantem quotidie  
in se dicta convicia, dissimulantem hono-  
rem haberi Dæmonis, se contumelias  
affici, Filium suum innumeris incessi con-  
vitiis, aliisque ferentem atrociam, dicenda  
pariter, ac silenda, & tamen sic convitiis  
affectus adeo mansuetè tolerat. Quod  
si viderit eo, quo decet, tremore accen-  
dentes sibi, annon protinus miserebitur?  
Audire, inquit, quid Iudex injustus dicat:  
D  
*Tametsi Deum non timeo, nec hominem reve-*  
*reor, atramen quoniam mihi negotium facessit,*  
*vindicabo illam.* Quid ais? Quod non  
potuit metus, hoc potuit deprecatio? Ac  
minime quidem, & ultionis expectatio non  
commoverunt hominem ad justitiam:  
cæterum, ubi prodit vidua supplex, Iu-  
dicem ex feroci mansuetum reddidit.  
Quid igitur conjectandū est de benigno  
Deo? Si Iudicem crudelem adeo man-  
suetum reddidit vidua supplicans; quan-  
tam bonitatem, quantam humanitatem  
erga nos exhibebit Deus, qui non modo  
semper cupit miseri, punire nunquam;  
verum etiam ob insignem erga genus ho-  
minum charitatem, & supplicia commi-  
natur nobis, & ingentia præparavit præ-  
mia, ut & metus suppliciorum arceret à  
vitiis, & præmii spes extimularet ad vir-  
tutem?

*Si vidua in-*  
*terpellans tan-*  
*tum potuit*  
*apud iniquum*  
*inhumanum*  
*que Iudicem,*  
*quid apud cle-*  
*mentem Deum*  
*non poterit de-*  
*precatio,*

*Orationis effi-*  
*cacitas à Chry-*  
*sost. expensa.*

tutem? Non possum ab iniquo Iudice cognitionem avertere, contemplanus illius præter naturam mansuetudinem, ineffabilem Dei bonitatem. Et enim si is, qui nunquam cogitavit quicquam humanitatis cuiquam præstare, subito mutatus misertus est viduæ rogantis, quantum erga nos Dei sollicitudinem de cælo deportabit deprecatio?

Ad hæc quantum valeat, ac possit sancta precatio, vel hinc cognoscas, licebit, si consideres, quantum honorum singulis diebus, ac singulis horis accipiant hi, qui jugiter Deo supplicant. Quem enim fugit, quod Solis, Lunæ, stellarumque lumen, quod cæli temperiem, ac variam alimentorum copiam, quod opes, quod vitam, denique quod alia innumera bona cuncta ex æquo mortalibus largitur Deus, justis pariter, atque impiis, videlicet, ob imensam suam humanitatem, quâ afficitur erga nos? Porro, si nec rogantes, nec postulantes tantâ quotidie misericordiâ prosequitur, ac refocillat, quantis bonis probabile est fruicturos eos, qui per omnem vitam precibus, & obsecrationibus vacarunt?

Age jam & illud exponamus vobis, quam multis Sanctis datum sit deprecationis præsidio servare non solum gentes, ac civitates, verum etiam orbem universum. In mentione verò deprecationis primus occurrit Paulus, dignus, ejus mentio fiat. Paulus, inquam, ille insatiabilis Dei cultor, & communis pater, ac progenitor servorum Christi. Ille igitur custos orbis terrarum, per deprecationem, assiduam obsecrationem, omnes gentes salvas fecit, semper illud dicens nobis: *Hujus rei gratiâ flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur, ut det vobis juxta abundantiam gratiæ suæ, virtute corroborari per spiritum ipsius, ut in homine interno inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris.* Vides, quantum vim habeat precatio, obsecratio? Ex hominibus facit templa Christi. Et quemadmodum aurum, lapides pretiosi, ac marmora con-

stituant domos Regum, sic deprecatio templa Christi: *Ut inhabitet, inquit, Christus in cordibus vestris.* Quid sublimius ad laudem deprecationis afferri possit, quam quod templa facit Dei? quem cæli non capiunt, is in animam ingreditur viventem in precibus. *Cæsum, inquit, mihi sedes est, terra verò scabellum pedis meorum. Quam domum adificabitis mihi, dicit Dominus, aut quis erit locus requiæ mee?*

Quam domum Paulus ædificat sanctis obsecrationibus: *Flecto, inquit, genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ut inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris.* Quin & illinc intelligi poterit quanta sit vis sanctarum precum, quod Paulus per totum orbem terrarum velut alatus discurrens, in carceribus habitans, flagella sustinens, gestans catenam, vivens in sanguine, ac periculis, insuper & Dæmones ejiciens, ac mortuos excitans, morbos abigens, in harum rerum nullâ fiduciam posuit servandi homines, sed precibus communiit orbem: postque miracula, post excitatos mortuos, ad deprecationis præsidium accurrit, non aliter quam athleta à coronâ ad palæstram; quandoquidem & mortuorum excitationem, reliquaque omnia suppeditat deprecatio. Quam enim vim habent in ardoribus aquarum, hæc in vitâ Sanctorum habet deprecatio. Paulus hæc, medio noctis, rigans animam, omnia facile perpessus est, quamlibet acerba, non aliter præbens terga verberibus, quam si fuisset statua. Sic in Macedonia carcerem concussit: sic ceu leo quispiam, precatioe dirupit vincula: sic carceris custodem eripuit ab errore: sic Dæmoniorum tyrannidem discussit. Quin & alia novimus, quæ scribit ad universos homines: *Deprecationi instate, vigilantes in ea gratiarum actione, orantes simul & pro me, ut detur mihi sermo in aperitione oris mei ad liberè proloquendum mysterium Evangelii.* Quid ais? Tantam nobis fiduciam deprecatio præbet, ut pro Paulo non vereamur orare? Quis miles auit pro magno duce interpellare Cæsarem? Quanquam factæ nullus dux tam charus est Cæsari, quam Paulus Deo: attamen ad tantam

Seg, ipsum ad tolerantiam adversorum obmunit.

Ephes. 6.

C 2 digni-

Quanta Deus præstat orationi

Oratio sua studiosos plurimis bonis cumulat.

Oratione Sancti regna, & orbem sustentant totum.

Paulus custos orbis terrarum.

Ephes. 3.

Oratione fecit templa Dei ex hominibus.

Isa. 66.

Oratione plus effecit, quam omnibus miraculis.

tan-  
nit  
num  
um-  
em,  
cle-  
Deu  
t. 10.

effi-  
kry-  
sa.

dignitatem nos provehit deprecatio, ut **A** autimus pro Paulo supplicare Deo.

*Oratio Petri  
exiit carcere.*  
*Act. 12.*  
*Columnasq;  
Ecclesia, &  
muros orbis  
constabiliuit.*

Sic & Petrus ille magnus, ille caelo splendidior, carcerem effugit, maxime quidem ob propriam virtutē, & communem hominum salutem, sed tamen interim Ecclesiae deprecatio oclusas carceris fores velociter aperuit. Nec enim temere addidit Lucas: *Deprecatio autem fiebat assidua totius Ecclesiae pro Petro*; verum ut nos disceremus, quantam vim in caelis **B** obtineat deprecatio, videlicet ut Paulū, ac Petrum à periculis liberaret, columnas Ecclesiae, primos Apostolorum, elatos in caelo, murum orbis terrarum, commune praesidium totius terrae, ac maris.

*Oratione Moyses  
hostes fudit.*

*Oratio plus  
valet armis.  
Ezech. 17.*

*Quid Danieli  
per orationem  
contigerit.*

*Quid Samueli*

Dic mihi, quomodo Moyses Israeliticum populum in bellis servavit? Annon arma quidem cum exercitu discipulo tradidit, ipse verò deprecationem opposuit hostium multitudini? Nos interim docens, preces iustorum plus valere, quam arma, quam equitatum, quam pecunias, quam multas copias: eoque universus exercitus, & innumera militum multitudo, in deprecatione Prophetae spem salutis habebat. Si quidem orante Mose superabant Iudaei, eodem ab orando cessante, inferiores erant hostibus. Itidem & nos orantes facile Diabolum superabimus, cessantes verò scelestum illum in **D** impietatem prolapsum orando servavit Moses, orando meruit Dei conspectu frui, aliaque innumera bona consecutus est non alia re, quam orando. Nam deprecatio & hoc illi praesertit, ut vitam ageret ad similem iis, qui caelum inhabitant. Deprecatio incendiū vim extinxit, leones mites reddidit, hoc quidem in Daniele, illud verò in tribus pueris, per quos **E** mirum declaratum est omnibus, quod quos-anque deprehenderit in periculo constitutos, facile exurgentibus malis eripiat deprecatio, salutis causa, immortalitatis animae conciliatrix, Ecclesiae murus, qui rumpi non possit, munimentum inconcussim, Daemonibus quidem formidabile, piis verò, mirum nobis salutarium. Haec eadem sanctum Prophetam Samuellem produxit: Etenim cum natu-

ra matri esset adversa ad gignendum, exorta deprecatio mox correxit naturae imbecillitatem,

Deprecationis auxilio David tor, ac tales hostes propulsavit, non bella movens, non hastam vibrans, non gladium educens, sed deprecatione sepeus.

Hujus praesidio Persarum copias Ezechias celeriter vertit in fugam: atque hostes quidem machinas admovebant membris; sed ille muros deprecationis vallo sepsit simulque per deprecationem sine armis solum est bellum, cum tuba quidem non clangeret, exercitus conquiesceret, arma non moverentur, nec terra sanguine rubesceret: ceterum deprecatio sufficiebat ad terrorem hostibus incutiendum.

Quin & Ninivitis ea saluti fuit, quae cito depulit iram caelitus imminentem, citoque vitam corruptam emendavit. **C** Tantam vim, tantum robur habet deprecatio, ut cum Ninivitarum vitam omnem turpiter, ac scelerose peregerint, tamen simul atque in civitatem ingressa est deprecatio, illicò verterit in diversum omnia, ac temperantiam, justitiam, amicitiam, concordiam, egenorum curam, denique universa bona secum induxerit. Etenim, quem admodum ubi Regina quaedam ingreditur civitatem, necesse est, ut omnis opulentia pariter consequatur: sic videlicet, posteaquam deprecatio venit in animam, omnes virtutes simul ingrediuntur. Nam quod in domo est fundamentum, hoc in anima est deprecatio: hanc ubi primum, seu basim, ac radicem in animam fixerimus, tum oportet diligenter superstruere pudicitiam, mansuetudinem, justitiam, paupertatem, pauperum curam, breviter, omnes Christi leges, per quem, & cum quo Patrum cum Sancto Spiritu gloria, & imperium in saecula saeculorum. Amen.

*Deus abunde concedit.*

**PVNCTVM III.**

**A** Non abunde concedit, qui dat omnibus affluentem, quique dives est in *Jacob 2.*  
omnes,

*Quid David.*

*Quid Ezechias.*

*Quid Ninivitis.*